89.

et imperans, uiuificata: et uiuificans, tam ineffabili felicitate: ut sit ei gloriae: quod factor eius fuit. XII.

Quod p̄ descensū xp̄i ad inferos, animae electorū n̄ locis illis teneantur ubi patriarcharū antea animae tentę sunt. sed statim eant ad caelum.

Antiqui patres usq. ad aduentum dn̄i. quam lib& iuste uixerint: ducti ad regnum non sunt. nisi ille descender&. qui paradisi claustra hominibus: interpositione suae mortis aperir&.

Nam utiq. eos post peractam iustitiam. & si tranquilla: tamen inferni loca tenebant. Post mediatoris autem aduentum in hoc mundo uenientis. ut beatus ait gregorius. ad regnum ducimur: mox ut de corpore eximus.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 264, p. p.%2089 – Prognostica Juliani (http://www.e-codices.ch/en/csg/0264/p.%2089)